



# Lambert Hortensii ... Satyrarum liber secundus

<https://hdl.handle.net/1874/260052>

LAMBERTI  
HORTENSII MONT  
FORTII SATYRARVM  
liber secundus.  
(...)



S. VL TRAECTI.  
Harmannus Borcoulous excudebat, anno  
1552.

І  
І  
І  
І  
І

І  
І  
І  
І  
І

І  
І  
І  
І  
І

І  
І  
І  
І  
І

І  
І  
І  
І  
І

І  
І  
І  
І  
І

## SATYRA PRIMA.

a° 1551

**C**IVrcessas ignaue gradum contollere, & horam  
 Nigrino ad nostram propere condicere cœnæ?  
 Ne stomachetur herus, bili modereris amaræ.  
 Id dictum factumq; dedit: negat improbus, acrem  
 Epialum excusans febrimq; uenire recusat.  
 Hesterno perfusus, ait, fractusq; Lyæo  
 Infœlix quatior tristi uertigine, ut alte.  
 Quo uerto me cunque, domus turresq; moueri  
 Inque caput ruere, atque umbræ per inane uolare,  
 Armatæ facibus, cinctæ serpentibus atris  
 Eumenidésq; mihi dirum intentare flagellum,  
 Nunc pedibus sursum cœlum uideantur in altum  
 Tollere: cur magnas nostro tu nomine grates  
 Ore seres Rheso. si te hæc Dromo dicere uera  
 Socraticum haud iurare canem sine fraude uereris,  
 Immortale odium Nigrino indico, proteruus  
 Quandoquidem hac cœna conuinam se negat una.  
 Nunquam illi posthac impartiar ore salutem.  
 Non minus hæc grandis lesit me iniuria, quam si  
 Diuorum sacras nostrum iugulasset ad aras  
 Crudelis patrem ferro. non staret ad omne  
 Imperium ille mihi tanto usque expostus amico?  
 Tot dubijs cœnis, tot conciliatus Iacchi  
 Spumantis pateris? Nigrinus dixerit hic mi.  
 At qui par non est, nec amicorum, improbius quid

Poscere in uile, non irasci, si qua recuset.  
Quae ledant animum, uel noxis corporibus sint.  
Scilicet boccine tu Dromo duri in parte reponis,  
Si uel ad oppiperas quis te inuitarit amicus  
Pontificum cœnas non hercule id adstruet, ollas  
Quis quis uel sculas summo gustauerit ore.  
Fac here ius seruo stulto mihi dicere pauca.  
Dummodo pauca, agendum, si te torpedo, uel ulce-  
Morborum pestes aliae quaterent male, ferres  
Improbius lecto auelli: importunus amicus  
Illene dicatur, qui nil differret ab hoste:  
Quippe nocere studet, non autem accersire laudes.  
Id quod amicitiae uel summa in parte fateris.  
Contraria, hostile, grauas studio aduectare labores.  
Accersit medicum, bene qui cupit esse sodali:  
Assidet ægroti, solatur uoce, manuq;  
Subleuat, antidoton presens & porrigit auram  
Ut fugiat tristem monet ægris exitialem.  
Hoc tibi letale est, illud (mihi crede) satubre:  
Interdum Veneri indulge, uel blandus amicis  
Liberiore uaces animo, dapibusq; benignis.  
Parcendum his rursum, tuasi modo stamina longum:  
Produc i cupias, dixi, non prorsus aberras  
A uero, cur me haud paulo sapientior exis.  
Sic in amicitijs grauiter peccatur ubique.  
Hos inter, leuis instabiles offensa coturnos

Quod

Quos prae*ue* immutat Iamnis uersatiliores  
Ad uentum exp*er*itis omnem, quos Delphicalis,  
Armatos n*u*gis de umbra contendere aselli  
Cogit, ut qui de lana certare caprina  
Audent, ac si de patrijs ageretur agellis,  
Ridiculam instituunt rixam, est ut stulta libido:

Ostentator opes si iact*at* inaniter, ut qui  
Pr*ae* se contemnat reliquos, ceu uilia, Crassus  
Mendicabula, Pompeium, qui candidus usquam  
Haud ostentat opes, in primis, diues haberet  
Rom*e* nemo potest, extra ipsum, propterea quod  
Prouentu agrorum proprio ualeat legionem  
Bis senos menses alere unus, sed quia fastu  
Pr*æ*numio, ut plan*ē* domitores orbis, egenos  
Contemnit, candor f*œ*dusq*ue*, fidemq*ue*, reponit  
Pompei n*u*neus Crasso populusq*ue*, togatus.  
Fastidit natura parens tollentia cristas,  
Atq*ue* supercilium s*eu*orum more gigantum:

Suffenus magnum quidd*am* spirat, simul et se  
Venditat inflatus, iaci atq*ue* ad sidera dextram.  
Mi placeo inuitis superis genioq*ue*, sinistro.  
Commodus interpres iuris legumq*ue*, peritus  
Doctorum nulli tribuo: mea uerba Sibylle  
Sunt folia, et sortes Lycij atq*ue* oracula Phœbi.  
Vin*'* tu iudicio screx oppedere nostro?  
A quo qui dissentiat, is sentit nihil: hinc mi

Concilio nomen sapientis, & arbitrium uni  
Desertur merito tota mihi perpes in urbe.  
Parthenio ista uidens fœlicem exclamat ulyssem,  
Quod socijs patulas cera obturauerit aureis,  
Sirenum ne cui magici sub pectora cantus  
Instillarentur: cor palpitat, & fugit horrens  
Parthenio nasutum hominem fastuq; tumentem,  
Quem uana inflatum diuexat opinio de se.  
Ut sunt dissimiles Thraso, & indole Phædria miti:  
Ingenio uanus miles Thraso grandis hiatu  
Conuictus regum, suiq; Attica dicta libenter  
Commemorat, falsosq; iocos, partosq; labore  
In se se transfert alieno sepe triumphos.  
Contrà, Phædria per placido ingenioq; iacentē  
Non tolerat flatus, non sesquipedalia bardi  
Verba hominis, quare, pugna & certamē utrinq; est.  
Pugnat enim natura ferox, que cornua tollit  
Indole cum plicida, melior quam fixerit & mens.  
sum ingenio impense taciturnus, amansq; quietis,  
verbosos odi, uito, ceu monstra, loquaces,  
Ne me confiant: si dicat amicus in aurem  
Quæ celanda & cenda stent, ea futilis alter  
Qui Pylades dici studet, si effutiat, istum  
E grege amicorum proturbo iure meorunt.  
Iungatur uates afflatus numine, auiro  
Nuanti sacris operam capiti absq; cerebro:

Ille bon

Ille bonos dulci modulatur arundine uersus,  
Intenditq; chelyn, cytharæ chordasq; sonoras  
Aptat, ut historiam condat ludatue poëma.  
Tetricus hic spinas, & acumine Chrysippeo  
Enodat gryphos, argutaturq; cruentas  
Ad pugnas crocodilittis depugnat acutis,  
Potus parcius, at uerborum prodigus, auri  
Plus & quo sitiens, neuis deformis & ater  
Corpore in ægregio, & sacrato pectore myste.  
Ista quis inuertat, sanctum afflatumq; poetam  
Virtutum exemplar spectabit nobile, noxis  
Excepto, nisi quod leuibus, uitijsq; laboret.  
Miretur nemo, studium si pectora dispar  
Dissuat, & bellum iuge saeuat inter utrumq;.

Par erat Utopia, non prorsum ignobile fama &  
Gratia amicitiae, nucibus dum & ludere grallis  
Atq; in arundi ne cum paribus natura decorum  
Ferret, Apollineas alter decerpere lauros,  
Dicendi gnarus, iuris consultus ad unguem  
Tandem euasit & omniscius, qui absoluerait ipsam  
Encyclopædian numeris simul omnibus: alter  
Otia sectari cœpit, segnisq; ueterno  
Maluit intorpere, & somno ducere uitam,  
Cecropijs quam cum laude inuigilare camœnis.  
Forte à Musarum studijs ad tecla reuersus  
Omniscius, de quo dixi, patriosq; penates,

Aduocat ad coenam notos, ueteremq; sodalem  
Aequazuum: omnes conuolitanc, ceu ad putre cadaver  
Miluorum gens: automati uenere frequentes  
Ad lauta: at uetus hic uitiosa fronte sodalis  
Sine supercilie, quod res sibi lautior esset  
Structa domi, non gratari digantus, adire  
Esse operæ pretium duxit male doctus amicum.  
Ergo hanc barbariem ruditas instillat, aperte  
Cum sint Lebetridum nimio candore fenestre.  
Olit enim uulgas bardum que ignorat, amatq;  
Lactucas similes, & rarius inter eosdem  
Eiusdem studij fœdus: si pictor Apelle  
Insignem obscurus studio diuexet amaro: &  
Zoilus infesta lingua insectetur Homerum.  
Inuidet & medicus medico, neq; conuenit inter  
Cantorum proceres, modulato musica cantu  
Qui doctè resonant, digitis quiq; organa pulsant.

Ecce tibi primas tribuo ingeniose Michaël  
Artifices inter (modo si mibi iudicium ullum est)  
Omnibus inuitis, quicunq; opp̄dere tendunt.  
Schagijs at nunquam fert te sibi præpositum iri,  
Quod digitum cursu prepollest omnibus unus  
Veloci, ut last est persuasio stulta cerebri.  
Melebius huic rursum forsitan concedere culnum  
Non latum uolet, ipsum formarit licet olim.

Atq; hoc, quod dico, modo de cantoribus, ipsum

Insa:

Insanis & de forsan cecinisse poetis  
Fas fuerit, loquor hic, de his, qui mala carmina codunt  
Quique suo ingenio donant nimium tribuuntq;  
Ad bellum exacuit, quos buccina grandior, & quas  
Calcar ad inuidiam clarorum gloria uatum  
Subdat, ut assequier qui non ualeat excurrentem,  
Ludere si nequeat uel fraude doloue, precatur  
Infortunia, praesentem cum implorat Ostrim  
Victricem sibi ne præconis uoce coronam  
Auferat, ac celeber toto cantetur in orbe.

Vicius, pretio quas paruo inscripscrat edes  
Saturni culus, sum mercatus, quia bellum  
Vicinum noti præconis buccina clarum  
Intonuit, mihi mancipio traduntur habenda.  
Ut male dispereat Saturni culus, & alto  
Mergatur barathro. me fallit uenditor: ipsum  
Depræbendi uanum: uitium præstare tenetur  
Iure: malum offendō, furacem, alteq; quieti  
Auscultatorem infestum: cum quo tamen arctum  
Percutio fœdus, gradus est qui primus ad unam  
Notitiam, effundo illuuiem ecce sedilia iuxta  
Nostra, uel ad puteum saperdas proluo uiles  
Communem: exoritur lis hinc meq; inter & illum.  
Gratia dysilit hic, quam non facundia Tulli  
Sarciat, aut Brugmannus, quamuis ore disertus:  
Rusticus urbanū Corydon cum adamaret Alexia

Efficit, quid amicitiam diuellit? Alexis  
Culpandus forsan, niuei cum lactis abundans,  
Diues agri, & pecoris Corydon foret, & coleret rum  
Sordidum: at & quale his inter se concrepuit nil.  
Rusticus umbrosis incondita carmina syluis  
Non canit, at stridet, riuca de more cicadae,  
Thersite deformior, enormisq; colonus.  
Si queras genus, è bruta tellure repente  
Emersit, qui pascat oues, olidosq; caprarum  
Hircorumq; greges: lentoſ qui ſigere ceruos  
Viminiibusq; casas, adamet qui habitare ſalignis:  
Impexo capite, & barbae ſquallore ſituq;  
Horrens illuie immunda tuniceq; togeq;  
Si ſinulis gaudet ſimili, ſi concolor ales  
Conuolet alitibus, ſtulte expectauit Alexin  
Rusticus urbanum, cui ſordeat immodicerns  
Rustice opes, & lac niuem, cratesq; ſalignae.  
Quas non delicias, quam mundiciemq; paratam,  
Quam non luxuriem uideas inuitus in urbe:  
Manicas ſplendore domos, & ſtemmata longa  
Cenſeri ſerie maiorum atauumq; potentum:  
Quis nitor in tunicis lucet, quas purpura, pexis  
Vestiat, & gazas ſpirat formoſis Alexis,  
Non, ut pastor, oues, & opes urbanus agrestes.  
Ille bibit ſamijs, argento diues Alexis.  
Huic fit, cur dirimat ſociatas foedere dextras

Gratis

Gratia rara, nec inter gnatum & uerumq; parentem  
Germanosq; fides duret, dulceisq; sorores.

Quis cedes uacuasq; domos Romana propago  
Conditor imperij? quis Sextus sanguine fratribus  
Aruntis consparxit? & utraq; Tullia dispar

Quā fuit ingenio? Oedipodas que agitauit Erinnys?  
Tantalidasq; infestius hos certamen ad atrox  
Ut stimulet, quām quos coniuncti sanguinis aræ  
Nulla tenet, fatale odium, quod limine laeo  
Fudere aduersis crudelia dolia fatis.

Verboſo aſſideat ſenior robusta iuuentus:

Increpat, obiurgat, monet, aetāq; tempora laudat.

Militiam petij quondam hac ætate, ſolutus  
Non dabam amori operam, ſed rem uirtute decurſq;  
Et famam inueni: transcendī mœnia primus,  
Seruui ciuem, detraxi hæc hostibus arma.

Hoc opus, hic labor, hoc ſtudium fuit, iſta palestra  
Versabat noſtram ſumma cum laude iuuentam.

Verba moleſta ſenum non fert animoſa iuuentus:  
Congreſſum odit, & iſtimulat ſe mutuus error.

Conſimuli ſtulto ſapiens ratione modōq;  
Diſſidet, inſirmo ualidus, taciturnus ineptè  
Linguaci, immoderatiloquo, impulſeq; loquaci.

Atq; in idem uitium labuntar pronius hi, quæſ  
Coniugium irata coijt Iunone, priuquam  
Ingenia inter ſe, & mores nouere, medimno

Dimi-

Dimidio absumpto nondum salis auspicibus djs:  
Ecce Mycenæi thalamo ducis alite leuo  
Tyndaris inseritur led. eum germen, in annos  
Dextra fides; suis tædis & gratia manst.  
At Troia reduci mentem ut mutasset adulter,  
In caput Atrida illusit limphata securim.  
Huius item generis tot sunt exempla sinistri,  
Flumina in oceanum quot præcipitantur & undæ:

Gignit amicitiam stabilem sola aurea uirtus:  
Disperit ac rursus, quam forma, pecunia quamq;  
Glutinat, aut Siculum mense, aut luxus Sybaritum.  
Hæc sola humanis non est obnoxia fatis.  
Casibus aut ex posta malis, rebusq; caducis.  
Hec Agamemnonio Pyladen sociauit Oresti:  
Hec Nisum Euryalo Parroclumq; adiuxit Achilli, &  
Quotquot amicorum angusto referuntur in albo,  
Vnum quos studium, mens una, & certa uoluntas  
Adiungit, quos equalis fortuna lubentes  
Adstringit, nulla hos diuertia fœdere firmo  
Seuellunt, docet ut sententia Pythagorea.

Porro interuallum quosdam diuellit amicos,  
Letheæ emotis repitq; obliuio: sed non  
Candor amicitiae uerus procul excidit, oris  
Iis qui longinquis degunt, quod commoda nulla  
Percipiunt capti pinguis nidore culine:  
Quas nec aqua in manib<sup>z</sup>, neq; ferueat olla remotis.

Immer


Immortalis amicitia haud regione locoue  
Temporis aut uitio perit, aut ferrugine tristi.

Rebus in incertis certum explorabis amicum:  
Reflet ubi aduersis grauior fortuna procellis  
Insortunatum procul ausigit omnis amicus.  
Circumagit uento, ut qui summo uertice filo  
Pendeat à tenui, hoc torquetur turbine & illue:  
Aut uelut aduolitat sub uernum tempus irundo,  
Deuolitatq; eadem cum frigus inhoret & imber.

Non ego commouear uitijs leuioribus unquam  
Sanus amicorum, quæ dissimulabo, tametsi  
Hæc uideam, tolerabo tamen: uiolauero fœdus  
Si nimis occipiam mala castigare seuerus,  
Atq; oculatior exiero, sed grandia cernens,  
Quæ ledunt famam uitæq; pericla minantur.  
In discrimen aguntq; hic si non liber amicum  
Increpitem, aut minuam uitiosa, odiſſe supinus  
Dicar, & in pleno ad risum posuisse theatro:

F I N I S.





1885650